

XX.

T I M O L E O N.

A R G U M E N T U M.

1. *Timoleon patria liberato fratrem sustulit ty-
rannum. 2. Dionysum depulsum Sicilia Co-
rinthum misit, Hicetam vicit, Pænos fudit,
Mamercum cepit. 3. Instauratis insulae rebus
imperium deponit. 4. Oculis captus, vebi-
culo fertur, Fortunæ facellum constituit. 5.
Convictorum patientia; Natalis; Sepultura.*

Timoleon i Corinthius. Sine dubio ma- I.
gnus & omnium judicio hic vir exsti-
tit. Namque huic uni contigit, quod
nescio an ulli 3, ut & patriam 4, in qua
erat natus, oppressam a tyranno 5 liberaret;
& a Syracusis 6, quibus auxilio erat missus,
inveteratam 7 servitutem depelleret: co-
tamque Siciliam multos annos bello 2
ve-

1 v. Plutarch. in vit. &c. Diod. 16. Suidas. Polyæn. 5, 12.
In primis a Timæo, qui intercidit, scriptus. v. Cic. ad fam.
3, 12. Apud Aristoph. Ranis, Suidam &c in plerisque MSS.
Thymoleon legitur quasi Θυμῷ λίων. 2 Illustris, excel-
lens. 3 Quod arbitror raro præterea contigisse. Similiter
autor loquitur 8, 1, 2 f. 4 Corinthum. 5 Fratre majore
natu Timophane. 6 Urbe Siciliæ potentissima. 7 A Ty-
rannis longo tempore usurpatum. 8 Tum externo Cartha-
gensem, tum intestino tyrannorum v. Just. 19, 1, & 20, 5.